

Peter Lauremberg

**Programma Quo Decanus Facultatis Philosophicae in Academia Rostochiensi
Petrus Lauremberg, Phil. & Med. D. & P.P. Candidatos bonarum Artium ad
ambiendum supremum Philosophicae dignitatis gradum, Solemniter Invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729452042>

Druck Freier  Zugang



Lauenberg, Peter

R. N. phil. 1625



PROGRAMMA,

210

Decanus Facultatis Philoso-
phicæ in Academia Rostochiensis

PETRUS
LAUREMBERG,

Phil. & Med. D. & P. P.

Candidatos bonarum Artium,
ad ambiendum supremum Philoso-
phicæ dignitatis gradum,


SOLEMNITER INVITAT.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXV,



PETRUS
LAUREMBERG, D.
CANDIDATIS PHI-
LOSOPHIÆ S.

Dutarchus in Apophtegmati-
bus Regum refert de Antigono
Macedonum Rege, quod is,
cum filium suum Demetrium
cum numerosa classe ad libe-
randos Græcos ablegaret, me-
morabile hoc ediderit effatum:

Gloriam à Græcia velut à specula in universum terrarum
orbem accendi: quâ ipsâ voce conatus est Rex & pa-
ter generosum adolescentis animum, & igniculum
heroicæ indolis, veluti flabello excitare ad aucupan-
dam gloriam, & nominis famam indelebilem, &
rem masculè ac strenè gerendam. Quod Demetrio
Græcia fuit, idem est Litterata genti solida probaq;
Eruditio, abs quâ tanquam ab excelso monte in o-
mnes illius cultores honoris ac gloriæ lumen propaga-
tur ac

tur ac dispergitur. Quisquis vera laudis compos fieri
baroet, eum oportet ad Virtutis & Eruditionis
Speculam annui assurgere; illuc omnes suas conferre
copias; in eâ conquirendâ sive nummum sese & indefes-
sum militem praestare. Agricola non prius large
frugis in messem metit, quàm pastinavit, prosciderit,
offregerit, occarit, livarit terram, industriâ sedulâ,
& labore improbo: sic tandem post indefessa studia
& exantlatos in Castris Musarum labores,

Immarcessibili Lauri de fronde Corollâ

Pedisequos ac sectatores suos beat Eruditio, ac Re-
rum pulcherrima Virtus. Sanè est quidem ea Virtutis
indoles, ut ne utiquam indiga favoris alieni, ne uti-
quam opus habeat emendicare foris splendorem ali-
quem. Ipsa sat magnum est, ut loquitur Seneca, sui
decus; corpus suum conservat. Potest etiam ex casâ
vir magnus exire, & ex despecto & in bono corpore
formosus animus, liber ac magnus: Tamen si
ad eam accesserit comes Gloria, & pedisequus Ho-
nos, tum multò fit splendidior, multò angustior, non
secus ac aurum suo satis precio ac praestantiâ estima-
bile, si in elegantem effigiè ducat, poliat, ac in splen-
dorem det, egregii manus artificis, multò id incabit
clarus.

Ipsa Quidem virtus præcium sibi, solaq; late,
Fortunæ secura, nitet: nec fascibus ullis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi;

A 2

Nil

Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaq; cunctis
Casibus, ex altâ mortalia despicit arce:
Hanc TAMEN invitam blandè vestigat, & ultrò
Ambit Honos. Docuit toties à rure profectus
Lictor, & in mediis Consul quæsitus aratris.

*Ethici hanc litigiū serrant inter se reciprocant, sitne
Honus Virtutis ac Eruditionis præmium, an si-
gnum saltem aut testimonium? Aristoteles in
Rhetoricis putat ab Isocrate Græcos fuisse tactos,
quòd Philosophis nullum proposuerint victoria præ-
mium; ipseq; in Problemat. existimat id exinde fa-
ctum, seu, quia concertantes, sapientiâ ceteros omnes
anteant: de sapientiori autem minus sapiens judi-
care nequeat; seu, quia ex assignatò honore alteri,
alter indignabundus discordia esset prabiturus occa-
sionem; seu deniq;, quia sapientiæ condignum
præmium nequeat assignari. Nos Ethicis hæc perpen-
denda relinquimus; Istud interim fatemur, Sapien-
tia quidem & Virtuti æquum præmium contribui
non posse; Ultra illas enim nihil est; nec ipsæ ulla-
rum rerum egent,*

Virtus sibi ipsi præmium est optimū: Virtus omnibus
Rebus anteit profectò: Libertas, salus, vita,
Res, parentes, patria, prognati tutantur, servantur;
Virtus omnia in se habet: omnia assunt bona quem-
penes est virtus.

Atta

At tamen quin testimonium dari queat eius,
quod Vir prudens & sapiens magnificat, dubium
etiam apud nos nullum est. Hoc testimonium tan-
tum abest ut aversetur Vir virtute ac eruditione
pollens, ut potius nescio quâ occultâ mentis vi ac im-
petu unusquisq; in illud feratur, atq; illud expeti-
scat. Desiderium Honoris hinc, & hinc turpis in-
fama timor, animant ingenuum quemq;, & sunt
velut alæ, quibus ad sublimia evchitur Homo. Ele-
gans est illa Ciceronis vox: Trahimur omnes
laudis studio, & optimus quisque gloriâ
ducitur. Ipsi illi Philolophi etiam in illis
libellis, quos de contemnenda gloria scri-
bunt, nomen suum inscribunt, ac in eo
ipso, in quo prædicationem ac nobilitatem
despiciunt, prædicari se ac nominari volût.
Romulus, qui parens fuit & conditor Romana ur-
bis, & Numa qui ei successit, etsi inter Deorum
aras hic vixit, ille inter lituos & arma, neuter ta-
men tantum suscepisset laboris, si vel de sequenturo
Fama testimonio non cogitasset, vel omnem memo-
riam ac Honorem cum corpore sublatum iri credi-
disset. Aliquid ambo sperarunt diversum à mor-
talitate, quapropter laboriosè vivere, quàm volu-
ptuosè maluerunt. Ac Curii paupertas, Fabricii

constantia, Catonis sanctitas, Bruti & Torquati
se veritas multo longius prospexere, quam quoad
humanae vitae terminus brevis excurrit. Nos, quan-
quam neq; ad Catonis, aut Fabricii, aut Torquati
normam ac perfectionem accedamus, scimus tamen,
ut Virtutem, sic ejus comitem Honorem, nulli esse
praeclusum, omnibus patere, omnes admittere, omnes
invitare, non eligere Dominum, non censum, nulli
invidere dotes suas, nulli possessionem.

Et vos quoq;, Viri ac Juvenes, quotquot
Virtutum ac Eruditionis probata vobis conscii estis,
qui praecipuas vestras operas ad animi cultum trans-
tulistis, easq; vobis concilia stis artes, quae vos iterum
Decore & Honore mactare queunt, vos vestra fre-
ti probitate morum, & Eruditionis laudabilis pos-
sessione, scitis palmam in medio positam esse: memi-
nistis vos ejusdem metae stadiodromos, cujus & ante
qui illi fuerunt, & hodie sunt omnes,

quos æquus amavit

Jupiter, atque ardens exivit ad æthera
virtus;

Quamquam jam ultrò illuc eatis, tamen hac mea
voce publicâ vos animare in super, vobisq; calcar
addere volui;

Acer

Acer, & ad palmæ per se cursurus hono-
res,

Si tamen horteris, fortius ibit
equus.

Qui ex vobis Virtutis fanojam perlustrato, ad Ho-
noris ædem contendunt, ii sciant sese faventes habe-
re tum Musas cum Apolline, tum inclitum Philoso-
phicæ Facultatis Collegium, quod hoc tempore Mu-
sarum partes & rem curat. Quemadmodum
apud Maronem Andromache futurum sperat, ut
Ascanium

in antiquam virtutem animosq;
viriles,

Et Pater Aeneas & avunculus excitet
Hector,

Ita ego vobis sisto in Exemplum, Præstantissimos
aliquot viros, quibus idem ipse animus est ascenden-
di ad supremum Philosophicæ dignitatis gradum,
quiq; jam ante, numero non contemnendo, apud me
Nomina sua hoc nomine professi sunt. Achilles glo-
riam militarem nunquam tanti fecisset, si solùm fuis-
set Thersitem nactus fortitudinis suæ Spectatorem
aut arbitrum. Stimulos illi subdebant socii & com-
militones, Ajaces, Diomedes, Nestor, Ulysses, filii
Atrei. Sint inter vos Achilles & Ajaces, non de-
erunt

erunt vobis socii, commilitones, ac competitors, do-
tibus ingenii conspicui. Ego, quem hoc tempore Col-
legii nostri Philosophici decretum ac sententia De-
canatus preesse iussit, tum à me, tum à Dominis Col-
legis meis, unicuiq; vestrum Candorem, bonum affe-
ctum, & humanitatis officia prothymè & solemni-
ter offero, eâ conditione, ut de voluntate ac senten-
tia vestra me certiozem faciatis tempori. Benè va-
lete. P. P. sub sigillo Facultatis artium, IV. Sept.
c1o Io cXXV.



Acer, & ad palmæ per se cu
res,

Si tamen horteris,
equus.

Qui ex vobis Virtutis fano jam perl
noris adem contendunt, ii sciant sese
re tum Musas cum Apolline, tum in
phica Facultatis Collegium, quod ho
sarum partes & rem curat.
apud Maronem Andromache fut
Ascanium

in antiquam virtut
viriles

Et Pater AENEAS & avun
Hector

Ita ego vobis festo in Exemplum,
aliquot viros, quibus idem ipse anim
di ad supremum Philosophicæ dig
quiq; jam ante, numero non contem
Nomina sua hoc nomine professi sum
riam militarem nunquam tanti fec
set Thersitem naclius fortitudinis
aut arbitrum. Stimulos ill subdeba
militones, Ajaces, Diomedes, Ne
Atrei. Sint inter vos Achilles &



the scale towards document